

3852 Tibure fragmentum apud St. Violam.

IERPNE · SOROR
ET · ANTHIS
CONIVNX
FECERVNT

St. Viola *giornal. arcad.* 119 (1850) p. 285.
1 IERPNE traditur.

3853 Tibure in marmoris fragmento SVAR.
[fortasse in pavimento ecclesiae S. Mariae del Carmine, ut n. 3828].

TERTIA ·
.....

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 208'.

3854 Tibure apud Violam.

· D } m
TROILVS A }
NICARE CO } *iugi*
BENEMER } *enti*

St. Viola *giornale arc.* 119 (1850) p. 286.

3855 cippus marmoreus. Rep. die 15 Dec. 1739 extra Tibur *presso la fabbrica del seminario*, inde apud Paulum Columnam REV. Nunc Romae in museo Vaticano (*Gall. lap. incert. I.*).

· D · M ·
P · VALERIO
CORINTHO
ARCAEVVS · ET ·
5 TIMOTHEVS ·
B · M ·

Descripsit Henzen. Revillas sched. Berol. (ab hoc Muratori 1505, 8).
4 ARGAEVS REV.

3856 Tibure rep. una cum ea quae praecedit, inde item apud Paulum Columnam REV.

DIS MAN
P · VALERI MAGN
VALERIA MINOIS
MATER

Revillas sched. Berol. (ab hoc Murat. 1224, 11).

3857 tabula marmorea. Ad aedem S. Laurentii MARC., ad aedem S. Combusti FEL. Tibure pro foribus S. Laurentii ACC., in S. Lorenzo nel muro sotto il portico verso al fiume BRVN., in porticu S. Laurentii METELL., similiterque RELIQVI, nisi quod in aede S. Silvestri ponit SMETIVS (ed.). In domo prope ecclesiam cathedralem GIORGI. Ex aedibus Boschi Romam allata a. 1828 FEA. Romae extabat antea in Vaticano, nunc extat in Laterano inter reposita.


D I S M A N I B V S ·
V A L E R I A · A T H E N A I S ·
F E C I T · M O D I A E · T · F · P A V L I N A E · E sic
P I S S I M A E · E T · S I B I · S V I S · P O S T E R I S Q V E
5 E O R V M · V · A N N · X I I I · M · X I · H V N C · L O
C V M · V T I M E V I V A D E T E R M I N A V I · C V M
A S C E N S V · G R A D V M · V I I · E T · C I P P I S · I N · S C R I P T I S
V I I · C O L L I G · I N · C I R C V I T V · P · C C C X X X · E T A B · I N
T R O I T V · P O R T A E S V P E R I O R I S · D E S C E N S V S
10 D E X T E R I O R I S · P A R T E · V S Q V E · A T · C I P P V M · I I I · C V M
T A B E R N A · V I A · L A T A A · P A R I E T E · P · V · C E D E R E · D E B E
B I T · E T · P I L A S · S T R V C T I L E S · I I · V S Q V E A D · I A N V A M
S V P E R I O R E · H Y P A N P E L V S · H V I C · C E D A T · I N R I
G O R E · M A C E R I A E · E T · F V R C A R V M · E T A R A · I N · Q V A ·

f. 447'; Anonymus Hispanus Chis. f. 450'; codex Ottob. 2970 f. 21' vv. 1—4 et partem v. 5; Revillas sched. Berol.; Giorgi sched. Casanat.; Vulpi Lat. 10 p. 156 de visu; Fea sched. f. 174.

4 litterae eae quas dedi inclinatas nunc non adparent, sed exhibentur a prioribus paene omnibus. — Post v. 14 adest margo; in eo hodie leguntur litterae nonnullae cursivae a me sic exceptae: *cusco*; mihi hae litterae videbantur esse scriptae manu recenti. Ex auctoribus antiquioribus eas habet nemo; solus Smetius post v. 14 ut decimum quintum dat FVRCEPEM; item apud Panvinium Vat. 6036 f. 13' post v. 14 adscriptum est FVRCEPENI. — Marcanova et Felicianus cum suis non habent nisi haec: DIIS·MANI | VMERIA·ATHENAIIS | FECIT·MODIAE·ET | PAVLINEAE.

Dis manibus. | Valeria Athenais | fecit Modiae T. f. Paulinae [*f(iliae)*] | piissimae et sibi suis posterisque | eorum. *V(ixit) ann(is) XIII m(enses) XI.* Hunc locum [debut esse hic locus] uti me viva determinavi cum | ascensu gradu(u)m (septem) et cippis inscriptis | (septem), collig(it) in circuitu p(edes) (trecentos triginta); et ab in|troitu portae superioris, descensus | dexteris parte, usque at cippum (tertium) cum | taberna via lata a pariete p(edes) (quinque) cedere debe|bit, et pilas structiles (duas), usque ad ianuam | superiore(m); hypanpelus huic cedat in ri|gore maceriae et furcarum et ara in qua . . .

Locum ita fere dispositum fuisse putat Mommsenus.



Habebat monumentum, addit Mommsenus, portas duas, superiorem (v. 9: *introitus portae superioris*; vv. 12. 13: *ianua superior*) et inferiorem. A superiore principium habebat via quae monumento accedebat lata pedes quinque, descendens ea dextrorsum (*descensus dexteris parte*, v. 9. 10) usque ad cippum tertium tabernamque ei adiunctam (vv. 10. 11). Hic cum via finiretur, stabant extra monumentum, inter tabernam et portam superiorem, pilae duae structiles, quae item monumento accedebant. Hypanpelus videtur esse locus vitibus consitus; certe ita adhibitum ὑπάμπελος vocabulum reperitur apud seriores Byzantinos, teste Dindorfio ad Stephani thesaurum.

Valeria Athenais redit huius Corp. vol. VI n. 15174.